Quelle:
Copyright:



dorso legerem affixum tanquam Authoris. Nemo autem putet, in eo contineri integrum Joh. Mesuches laborem; neque enim prima sectio ſ: 3 particulis constans:ſ absolvitur, sed finitur particula secunda ſ: quæ habet Summas sex:ſ Summa octava. Ultima in Mſ. nostro inscriptio est. "de egritudinibus cordis."

Jam quid de Authore nostro, ejusque operibus sentiam, dubius hæreo, tanta est variorum eruditorum varietas. Ger. Vossius de nat. art. Sive de Philosophia lib. V. cap. 14. unum adducit Joh. Mesuem Damascenum, qui claruit circa an. 1188. et duos libros arabice scriptos reliquit: prior continet canones universales: posterior est de simplicibus; ejusque biographiam proponit verbis Leonis Africani ea scripto de doctis arabibus. (c)

(c) Ex Euonymo Philiatro, idest Conrad. Gesnero.

Vossio diametro oppositus Alb. Fabricius Bibl. græca T. 13. p. 256. duos statuit Jo. Mesues Damascenos. Unum circa an. 791. qui librum Aphorismorum ibo ad filium, librum de febrium curatione et alios de medendis variis corporis humani passionibus composuit; atque de hoc loqui Leon. Africanum asserit. Alterum Jo. Mesue Damascenum juniorem, nepotem Regis Damasci, qui claruerit circa an. 1160. et cujus feruntur latine ex arabico versa: Libri duo de medicamentorum purgantium delectu, castigatione et usu; canones universales et de Simplicibus; libri duo compendii secretorum medicamentorum, antidotorum et de appropriatis. (d)

(d) Ex Lindenio.

J. Gothofr. Hahnius in epistola ad Alb. Fabricium, Joannem Damascenum unum atque eundem esse cum seniore Mesue Syro evincere studuit, eique subscribere videntur Kestnerus in Bibl. medica p. 166. et Freindius Hist. medicinæ part. 2. p. 61.

Lambecius comment. de Bibl. cæs. ed. Kolar. T. 2. col. 29. et 30. exhibet Mſſ. græca Jo. filii Mesue Damasc. Librum de Simplicibus medicamentis purgantibus, in quinque Tnemata seu sectiones divisum; eum viasse ao 1188. ea Gesnero, et eundem esse autumat, de quo Leo Africanus; Vossii hic vides Anachronismum.

Mangettus denique in Bibliotk. Script. medic. T. 2. part. 2. p. 921. unicum adfert Jo. Mesuem, et quidem senicrem, nempe Califæ Rashid familiarem, de quo Leo affricanus. Sed hujus opera juniorisſ: Supra ex Fabricio prolata:ſ adscribit ea Lindenio Lexic. hoc modo: " de medicamentorum purgantium delectu, castigatione et usu, libri duo. " Quorum priorem canones universales: posteriorem de